

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Propemtica In Felicissimum Abitum ... Viri, Dn. Samuelis Coronaei, Chilonio
Holsati Cum Pastor Ex Incluta Academia Rosarum ad Bellum ... Legitima
vocatione praevia ...**

Rostochii: Reusnerus, 1609

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770462057>

Druck Freier  Zugang



CARMINA
in S. Coronaeus.

R. 1609.

33


PROPEMTICA
IN
FELICISSIMUM ABITUM
Reverendi & doctissimi Viri,
DN. SAMVELIS
CORONAEI, CHILO-
NIO HOLSATI

Cum Pastor

Ex Inclita Academia Rosarum ad Bellum Sacrum
Legitima vocazione prævia
facta
a
Commensalibus Amicis



ROSTOCHII
Typis Reusnerianis, Anno M. DC. IX.



Pbis Faselo per mare Balthicum,
Petens potentis littora Sveciae
Virtute, Doctrina polite
Christicolum SAMVEL fidelis

Pastor. Fatendum, me stimulus movet
Ardoris alti, linquere te bene,
Notos, diu gratos, probatæ
Et fidei varios Amicos.

Mortalitatem ludificat Salus
Modis stupendis, mirificis cyclis,
Alto throno turbat potentes
Ex humili genitos parente,
Extollit. Hirus divitias capit
Crœsi cluentes. Quanta per omnia,
Vicissitudo sit caduca,
Hevigenum cathedrâ profaris.

Mirere nullus Varniadum choros
Linqui, Rosetum nec sine Numine,
Vexilla qvando tî seqvenda,
Martigenum Reducum & cohortis.

Bellona nullis tempora vulnerat.
Hastis: IEHOVÆ tutus es arduis
Signis prout te sacra Doctum,
Pagina certificat beatqz.

Munitus ibis Cælicolum choris:
Hi sunt piorum murus aheneus
Turrifye Fortis: Quos precatu
Hoc penitus Tibi destinabo.

Martinus Smechelius Poëta Laureatus.

A 2

Sunt

SVnt Duo, quæ mirâ Mundum virtute gubernant;
Sed dubius Mundum ludit utrumq; modis.
Est Fortuna potens: est insuperabile Fatum:
Hoc subit ambiguas Sortis & Illæ vices.
Fata regunt homines: nihil at durable Fatis:
Ex aliis alia ad nos loca Fata vocant.
Sic Fortuna regit vitam: dominatur in omni
Re, sed per constans in levitate sua.
Ludit in humanis rebus discrimin'e nullo:
Omne dat incertâ, mox rapit omne manu.
Sapiens immeritos vehit ad fastigia rerum,
Et quos debebat tollere, sternit humi.
Format & ancipiti diversos turbine casus,
Et modo qui felix, non finit esse diu.
Gaudia dum simulat subvertere cogitat orbem:
Ridens insidias exitiumq; parat.
Non opus exemplis: Tua res satis arguit ipsum,
O S A M V E L nostri Portio chara gregis.
Expertus satis es sit quanta potentia Fati;
Fortuna & dubia sunt sine fine vices.
Hec licet obtulerit modò se non, fausta sinistram:
Iam ridet blandis obsequiosa genis.
Hujus blanditiis fretus, facieq; benigna
Non dubitas Martis signa cruenta sequi.
At dubitet modò quis; num te Fortuna vocarit;
Vel Fatum sedem suasit inire novam?

Et li-

*Et liceat exhibeant tibi vultus Ambo serenos;
At mage nunc libeat dicere Fata tamen.
Nam quæ disponente Deo & moderante geruntur
Nobis in vitis, Fata ea nempe vocant.
Sic te Fata volunt: Fatis parere necesse est;
Fatum nolle sequi, est bella movere Deo.
Linque igitur Mensam nostram proficisci ad arma,
I tibi quo Fatum sydere monstrat iter.
Seu pro sis patriæ, divinis legibus usus
Sive aliis terris, gratius ubiq; Deo es.
Principium felix dedit ut divina potestas,
Sic ventura tibi prosperiora dabit.
Omnia dat D e v s omnipotens, in vota vocatus,
Fidentemq; sibi deseruisse nequit.
Hinc iter ingressum per Baltica littora summo
Numine deducat spiritibusq; bonis:
Aer ne noceat, nec aquæ, nec terra, nec aether
Hostica nec tangant, tela: cruenta manus.
Ille det & vires animi corpusq; paratum,
Officio ut possis ritè vacare dato.
Justa precor, voto faxit D e v s omnia cedant,
Atq; tibi ad nutum prospera cuncta fluant.*

Jacobus Freibergius
LL. Studios.

A 3

Ergone

EGONE nos linques SAMUEL linquesve Rosarum
Vrbem Magnificam doctiloquosq; viros?
Sat constat nobis tua certa vocatio Svecos
Te monet Arctoos per mare adire citò.
Non te detineo verbis magè prosequar illud
Voto iter, ut faustum prosperitate siet;
Sit corpus sanum, nummis sit pera repleta,
Post menses aliquot, quando redire cupis.
Ipse Deus gressus fortunet & ornet cunctem
Hisce meis preculis ire redire para.

Christianus Nadrenseus Pom. LL. Stud.
Amicitiae ergò fecit.

SAMMVEL CORONÆVS CHILONIENSIS
HOLSATIA PASTOR,

Præstò sit salus, ô mihi Corona; Nec insis
malo: Vale..

SINT mala fata malis. ferat impia turbá dolores,
Omen iners reprobos vexet, & horror iners.
Tu tibi quid timeas? MIHI per dilecta CORONA;
Non nocitura tibi parma vel arma, putes.
Sic voluit, credas, fati suprema potestas;
Hæc, te legiū imā sedē sedere, dedit.
Nil igitur causæ, curis cur fluctuet atris
Mens tua; Qui voluit, tñ quoq; posse dabit.

Per

Per mare, per terras, loca per saxosa, per ignes,
Adstabit socius, semper ad arma, Deus.
Sis liceat felix, ubicunq; lubebit adire,
Sisq; memor, cures chara C O R O N A, mea
Nil tibi rumpat iter, nec te mala fata retardent,
Retrahat incepsum nec vaga turba tuum.
Verum nonne vides, quanto fera bella tumultu
Fam trepident? Quisquis pronus ad arma fremit?
Quid bombarda sonat? Lituus quid? Pluraq; Martis
Tympana? Quid varios cogit ad arma viros?
Quid sonus & clamor? Quid utring; jacentia spectas
Corpora? Quid dubius vulnera tanta vides?
Quid tibi (De vertant) tandem Bellona minatur?
Quid multis alijs? Mors solet arma sequi.
Tu tamen interea speres, meliora favebunt
Dij, quia non omnis, qui capit arma, malus.
Artem per Martem serves, Martemq; per artem:
Et Dea bellorum docta Minerva cluet.
Tristia signa vides belli? Pia signa repone;
Cum Sacramentis biblia junge sacriss.
Militis arma vides hostilis? Fortior ille
Omnibus, à justis qui cupic esse Deus.
Aëra glans penetrat? Dominus regit omnia celi,
Ad justè meritos deferet ille globos.
Clamor inesl litur? Resonent sacra dogmata verbi.
Arma vides? Armat spesq; fidesq; pios.
Funera densantur? Justis mors porta salutis.
Justus habet titulis digna trophya suis.
Vulnera cernis? Habent cur fortis usq; putentur?
Vix solet in pigris vulnera inesse viris.
Ergo quid metuas, quicquid Bellona minetur?
Esq; ne püs facilis, qui regit arma, Deus.

Multa

Multa SALVS sicut SIT PRÆSTO, gaudia multa,
O MIHI præ reliquis chara CORONA viris!
Ipse Deum cœli prece suscito solis ab ortu,
Tu mecum, ut tibi det semper inesse bonis.
Nec mala te vexent, volo, fata MALO vè NEC INSIS,
Sed tua fortunet cæpta Monarcha poli.
Dî tibi dent tactâ vitam reducere metâ,
Ut tibi gratantis Carmina plura feras.
Te tamen interea memorem docet esse tuorum,
Fas es ex animo dicere utringq; VALE.

VIVEtVIs feLIX, Ita fortlaſ Vrge per aVſa,
SItq; Ve tibI faVſtos enVMerare Dles.

Marcus Rungius Prætz
Holſatus.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770462057/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770462057/phys_0015)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770462057/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770462057/phys_0016)

DFG


Et licet exhibeant tibi vultus Amb
 At mage nunc libeat dicere Fa
 Nam qua disponente Deo & moder
 Nobis invitatis, Fata ea nempe u
 Sic te Fata volunt: Fatis parere n
 Fatum nolle sequi, est bella mor
 Linque igitur Mensam nostram pr
 It ibi quo Fatum sydere monstr
 Seu pro sis patriæ, divinis legibus usu
 Si ve aliis terris, gratus ubiqz D
 Principium felix dedit ut divina po
 Sic ventura tibi prosperiora dab
 Omnia dat D E V S omnipotens, in
 Fidentemqz sibi deseruisse nequit
 Hinc iter ingressum per Baltica littor
 Numine deducat spiritibusqz bon
 Aer ne noceat, nec aquæ, nec terra,
 Hostica nec tangant, tela: cruent
 Ille det & vires animi corpusqz para
 Officio ut possis ritè vacare dato.
 Justa precor, voto faxit D E V S omni
 Atqz tibi ad nutum prospera cui

Iacob

A 3

gius
os.

Ergone



the scale towards document